manuscript

Seite 118v

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8249
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Philippi. Bartholomei.
Mathei. Symonis. & Tha
thei. Lini. Cleti. Clemen
tis. Sixti. Cornelii. Cy
priani. Laurentii. Chri
sogoni. Iohannis. & Pau
li. Cosme. & Damiani.
Et omnium scorum tuorum. quorum
meritis precibusq; concedas.
ut in omnibus protectionis tue
muniamur auxilio. Per e. xpm
dnm nrm. Hic inclinatur
usq; ad altare dicens. Hanc
igitur oblationem seruitutis nre s;
& cuncte familie tue qs dne
ut placatus accipias. Diesq;
nros in tua pace disponas.
atq; ab eterna dampnatione
nos eripi. & in electorum tuorum
iubeas grege numerari.
Per xpm dnm. n. Hic tres cruces
super utrumq; simul facit. Quam
oblationem tu ds in omnibus
qs Benedictam. Ascriptam.
Ratam. Rationabilem. ac
ceptabilemq; facere digneris.
Hic separatim signat oblatam &
calicem. ut nobis corpus. &
sanguis fiat dilectissimi
filii tui dni nri ihu xpi.
Hic panis in manus accipitur. et
ante quam reponatur beneditur.
Qui pridie quam pateretur accep
panem in sanctas ac uenerabi
les manus suas/eleuatis oculis
in celum. ad te dm patrem suum
omnipotentem tibi gras agens
Benedixit. Fregit dedit di
scipulis suis dicens. Accipi
te & manducate ex hoc oms.
hoc est enim corpus meum. Simili
modo postea quam cenatum est. Hic
eleuatur calix & beneditur
hoc modo. accipiens & hunc preclarum
calicem in scas ac uenerabiles
manus suas. item tibi gras a
gens. Benedixit dedit discplis
suis dicens. accipite & bibite
ex eo oms. Hic est enim calix
sanguinis mei noui & eterni
testamenti mysterium fidei qui
pro uobis & pro multis effundetur in
remissionem peccatorum. Hec quo
cienscumq; feceritis. in mei me
moriam facietis. Hic extende
te in modum crucifixi. Vnde &
memores dne nos serui tui. s;
& plebs tua sca xpi filii tui
dni dei nri tam beate passionis.
nec non & ab inferis resur
rectionis. s; & in celos glose
ascensionis. offerimus preclare

Greg.